Ti 14755

IODOCI AMMANNI, CIVIS NORIBERGENSIS,

CHARTA LVSORIA,

Tetrastichis illustrata

per

Ianum Heinricum Scroterum de Gustrou, Megapolitanum, Equitem, & P. L. Cæsareum,

Künstliche vñ wolgerissene Figuren / in ein new Kartenspiel / durch den Kunstreichen vnd weitberümten Jost Amman / Burger in Nürnberg / ꝛc. Allen vnd jeden der Kunst liebhabenden / zu besonderm nutz / lust vnd wolgefallen / jetzund erst new an tag geben. Vnd mit kurtzen lateinischen vnd teutschen Verßlein illustrirt.

Durch

Janum Heinricum Schröterum von Güstrow / Kayserlichen Coronirten Poëten.

Gedruckt zu Nürnberg / durch Leonhardt Heußler.

ANNO M. D. LXXXVIII.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

adl. 13 IN=030014246

VERE NOBILIBVS, MAgnificis, atq; clariſsimis Viris ac Dominis,

D. HILARIO RVLANDO in Pŭdnsdorph, &c. I. V. Doctori, Superioris Septemviralis Palatinatus Conſiliario, & Præfecto Chamenſi.

D. GEBHARDO RVLANDO in Hertzogenaw, Sereniſsimi Principis Palatini Ioannis Caſimiri Conſiliario, & Quæſtori Neagorenſi, ſimul ac Præfecto Wolfſtainio.

D. OSVVALDO RVLANDO in Schônaw.

&

D. ERASMO RVLANDO in Tronhofen, Monaſterij â beata porta denominati Præfecto digniſsimo;

Fratribus germanis, Dominis & Patronis ſuis perpetua obſervantia reverenter colendis.

S. P. P.

CVm præſens priſco ſeclum componimus ævo,
Germani Fratres, ô bis duo fulgida avitæ
Fulcra RVLANDINÆ gentis, generoſa propago,
Boiugenas inter fama celeberrima ſtirpes;
Seu quod huic noſtræ iam regnet inertia vitæ
Infelix nimium; ſeu quod dominata per annos
Innumeros noſtro penitus diſceſserit orbe
Virtus & pietas; & adhuc mortalibus uſquam
Intemerata fides, & candida mentis imago

Vix reſtet; ſeu quod genitrix natura creandis
Fœtibus antè potens maiorum tempore, noſtro
Feſſa ſit, & ſterilis longævo reddita partu;
Tantùm equidē lapſis nova cedere ſecula, quantū
Collis Aventinus Pindo, Palatinus olympo,
Nemo niſi adverſis ſuperis, genioq; ſiniſtro
Natus, & ingenua ſpoliatus mente negabit.
Scilicet has rerum ſortes, hæc tempora noſtro
Antè quidem multò prædixit Seſtus in orbe,
Cum caneret ſylvas; prædixit tempora fore,
Tempora, transverſus pulcro quibus ordine mun-
Induet excuſſos virtutum è cardine mores, (dus
Incertumq; colet, rectoq; inviſa probabit.
Magni olim certè Reges, magniq; Monarchæ,
Oppida, regna, Duces, virtutis & artis amore,
Et clari ingenij præclaris dotibus aucti,
Vna ſalus quorum, quorū una & prima voluptas
Maiorum monumenta ſequi, proprijſq; p̄ omnes
Immenſi fines mundi clareſcere factis
Fortibus, inq; ſuos ſua mittere geſta nepotes
Haud peritura unquam; ſacras coluēre Camœnas,
Et ſua grandiſonæ iunxerunt vota Minervæ,
Aurea divinis donantes præmia Muſis.
Græcia tota olim (ſcriptis ſi credimus) omne
Per nemus atq; ſolum, per templa, per oppida caſtis
Carminibus ſonuit, vatumq; ſacravit honorem.
Mecœnas Thuscis atavis è Regibus ortus,
Clarorum certè vatum ſub claſſe reponi
Nequaquā indignus, miro has ſectatus amore eſt.
Tu quoq; Druſiade non es Germanice Muſas
Averſatus; opus nec vulgare ipſe dediſti.
Magnus Alexander Mauro metuendus & Indo,
AEmathiam factis tollens ſuper æthera gentem,

Mœnia

Mœnia Thebarum quando ſpoliaret, & igne
Vaſtaret, victor tectis avertere flammas
Pindaricis iuſſit. Summo ſub honore Maronem
Divinum, illius feſtivo more quotannis
Natales celebrans, Auguſtus fovit. Ad altos
Hic etiam Gallum titulos evexit, eundem
Militibus ſtatuens felici ſorte tribunum.
Ipſe ſuo memorem vati poſuiſſe columnam
Dicitur Arcadius. Statium decoraſſe corona
Domitius fertur: Duce quo ter Syllius auctus
Faſcibus æternum meruit per ſecula nomen.
Tanto almas priſci, veteri ſuperaddere lauro
Conantes laurum, Muſas ſub honore ferebant.
Et merito: quoniam victuro carmine reges
Magnanimos celebrāt; perfundunt lumine gētes,
Oppida, regna ſimul, ſimul acta domiq; foriſq;
Heroum illuſtri illuſtrant illuſtria verſu,
Aeterno verſu, quo cœlos gloria eorum
Tangat, & immenſum meritis ſe fundat in orbem.
Muſa Deos adeò (ſi fas ita dicere) fecit.
Ac certè atra ſacros premeret caligo labores,
Et tenebris mundus cæcaq; fatiſceret umbra,
Aurea caſtalides ſi non aut lumina Muſæ
Barbariem oppugnent, aut ſi non cœlica tantam
Ipſa quidem per ſe conſervent numina lucem.
Hectora quis ſciret, qui non & ſciret Homerum,
Ingenio cuius non tantum vivit Achilles,
Sed currus, ſed equi, ſed Pelias haſta ſecundo
Maiorum certè vincit ſua tempora plauſu?
Quin etiam AEneæ fortuna obſcurior eſſet,
Hanc niſi divini cantaſſet Muſa maronis.
Nec quiſquam eximio eſt unquā fraudatus ho-
Ingenio vatum, qui non virtutis adeptus (nore, &

Præmia, quantumvis vel fortia facta Deorum
AEmula perfecit, magnos aut vincere posset,
Aut æquare viros, fascesq; inscribere facto:
Scit Latium, studijs sacræ testantur Athenæ,
Et sua Principibus memorant data serta vetustis.
Sed mundi prorsus nunc scena invertitur, omnis
Concidit, ac nullo virtus manet alta theatro:
Iam, dolor, ignavum est Musarum nomen, & altis
Vrbibus excedit, tenuesq; expirat in umbras:
Humanum veluti cum visa obscura cerebrum
Inficiunt, luduntq; animos, & imagine falsa
Perstringunt oculos, & spe cumulantur inani.
Vtilitate quidem res omnis & omnis ab usu
Pensatur; carum est, quod prodest; nulla camœnas
Prę̨mia nunc remanent, solo sibi nomine plaudunt
Mortales, surdoq; ferunt præconia cœlo.
Quin etiam fallax ingrato militat orbi
Mens nostro, & nulla patitur se laude movere:
Vsus amicitias & pacta superflua iungit;
Vsus alit leges, succrescunt usibus artes,
Et rerum formas liquet utilitate probari:
Huc redijt res omnis, ut hæc sibi quisq; sequenda
Duxerit, utilibus cumulant quæ pectora factis,
Cætera contemnat, quamvis laudentur honesta,
Et dubitamus adhuc tantos lugere dolores?
Illa tamen spretis virtutibus; illa Camœnis;
Illa, inquam, misero restant solatia Phœbo,
Illaq; desertum spes erigit unica, quamvis
Cyclopum numerus toto sit grandis in orbe;
Nostra tamen paulò meliora, atavûmq; priori
Aemula virtuti, felici sidere quosdam
Secla dedisse viros, quos non virtutis egena
Pectora, Pieridum miro flagrantia amore,

Quos

Quos Pietatis honos & avitæ gloria laudis,
Centum animi dotes, virtutum pondera centum,
Haud dubiè antiquis conferre heroibus audent.
In quorum prima meritò vos classe reponit
Fama memor, fratrũ bina ô paria inclyta, fratres
Nobilitate atavûm, & propria virtute potentes,
RVLANDAE gentis decora immortalia, BOIIS,
Atq; PALATINIS splendentia sidera terris;
Te, lux Nobilium nostro clarissima seclo,
Et decus, HILARI, Themidis, ter maxime IVRIS
Sacrati DOCTOR, fratrum qui maximus ævo,
Maximo & meritis, CHAMABINA PRAESES in vrbe
Dexteritate gravis, tria maxima Teutonis ultra
Flumina, Danubiũ, regem Rhenumq; bicornem
Quondam, nunc triplicem fluxu, septemq; trionis
Pervolitas Albin fama. Teteq; GEBHARDE
Inclyte, Iustitiæ vir præclarissimus armis,
Consilijs prudens, & rebus dexter agendis,
Affatu facilis, firmum Pietatis asylum,
Rellígionis Athlas, Mecœnas optime vatum;
Cui WOLFSTEINAEOS agros, cûi credere sensus,
Atq; NEAGRANOS CENSVS, CASIMIRVS, in oris
Lege Palatinis dominans, Dux inclytus, audet.
Tertius accedis pulcro quibus ordine frater,
Patris habẽs nomẽ, proavûm haud indigne tuorũ,
OSVVALDE, æterno splendore ad sydera note;
Scipiadis magni qui claro è more, superbos
Pertæsus titulos, vanosq; exosus honores,
Ruri habitans, BOIIS fama celeberrimus aruis,
Privatam ducis laudata per otia vitam.
Inter eos quamvis numero postremus haberis,
Aonidum æternũ decus, amplaq; fama Scröteri,
Qui Themidis gladio PORTAE regis alta BEATAE
Mœnia,

Mœnia, tecta olim monialibus ardua, ERASME;
Si tamen innumeras generoso in pectore dotes
Volvo tuas, nulli fratrum splendore secundus,
Nulli postremus, nulli cessisse videris:
Tanta tuo splendet virtus in pectore, tantus
Religionis honos, tam constans iuris & equi,
Et pietatis amor; tanta est prudentia, tantus
In Musas ardor divinas; gratia tanta,
Tanta est in placido veneranda modestia vultu,
Tanta tuæ gravitas menti viget insita, tantus
Doctrinæ cumulus, tot pulcræ Pallados artes.
O animæ illustres, ô bis duo lumina, fratres,
Felices nimium, quibus est fecisse merendo
Dulce sui memores multos, quibus omnis in illo
Est amor, est & opus genus altũ extendere factis;
Quasnam pro meritis grates veneranda sororum
Turba novenarum, quæ vobis præmia Phœbus,
Quæ virtus referet: Pietas quæ dona rependet?
Si lapsis quondam seclis laudabilis ætas
Qemlibet, egregium qui quid mortalis ad usum
Protulit, atq; rudi quicquam dedit utile mundo,
Asscripsit superis, cœloq; immiscuit alto;
Id quod non multum nostris discordat ab annis:
Nam Deus, ille Deus, magnum qui condidit orbẽ,
Se prima pietate docet; mortale secunda
Amplecti debere genus; sic sidera posse
Expectare homines; & olympi ascendere in arcẽ;
Vos certè ô quatuor, mea maxima cura, RVLANDI,
Germani fratres, quibus unica meta laborum
Est sacra Religio, Pietas syncera, fidesq;
Incorrupta; Deo primùm se tradere soli,
Pòst patriæ prodesse suæ, prodesse saluti
Humanæ; sacras leges, & sacra tueri

Iura

Iura, ac utilibus longè præponere rectum,
Atq; adeò pulchros virtutis & artis amores
Provehere, & Musæ fessis succurrere rebus,
Secla futura canent; vosq; à tellure levatos,
Perpetuæ laudis spolia haud peritura ferentes,
Miscebunt superis, ubi vos post fata nepotes
Supra homines supra ire Deos Pietate videbunt.
Ast ego quid facíã intereà; quæ munera vestris
Digna feram meritis, vates, quem sortis acerbæ
Tempore iam longo telis obnoxium iniquis
Auxilio toties vestro dextraq; levastis,
Nescio, & ambiguis titubat sententia curis.
Non mihi sunt fulvo radiantia munera ab auro
Non mihi dona Midæ Phrygij, Pelopisve talenta,
Nõ mihi opes Cyniræ, nõ Codri magna supellex,
Non poma Alcinoi; sunt nobis pinguia quædam
Munera, ieiuno decoratæ carmine chartæ,
Non tamen illicitis ludis, quibus assolet ætas
Nostra dies totos & noctes perdere, turpis
Infando lucri studio decepta, sed altis
Delitijs potius generosi pectoris aptæ.
Has vobis, licet incultas, ut munere amæno,
Atq; ioco illarum candenti pectora ab æstu
Curarum, longisq; laborum anfractibus olim
Fessa nimis, grata Phœbi recreetis in umbra,
Dedico. Vos vestri capietis dona Scröteri
Pacato vultu; mox uberiora sequentur,
Qando suos in me ponet fortuna furores.

Mag. Vestræ

Addictissimus

I. Heinricus Scroterus de Gustrow,
Megapolitanus, Eq. & P. L. Cæs.

Gentilitia RVLANDORVM Insignia.

In eadem Insignia, Epigramma.

AD NOBILISSIMOS QVATVOR
Fratres RVLANDOS à Scrôtero scriptum.

ARma RVLANDINÆ decora immortalia gen-(tis
Cœruleũ cernis Clypeum, cuius duo montes
Inferiore loco iuncti, nitidíq; colore
Argenti surgunt, in quorum vertice Limes
Claro auro fulget, galeamq; cacumine tangit.
Con-

Condecorat Clypeum merces virtutis aperta
Cassis, habens imo pendentē è margine gemmā,
Impositosq; sibi gemínos cum Límite montes,
Bubala cœruleo quos cornua pícta colore
Hínc atq; hinc cínctos nequaquā mota reservant.
Velamen, totus quo circumvoluitur umbo,
Límitis aurati retínet Clypeíq; colores.
Quid tamē arma docētē? Límes notat aureus al-
Et meliorem auro Pacem. Pacis bona montes (mā-
Argento nitídi signant. Vmbone docetur
Cœruleo Pacis precium sacra Regia cœlí.
Cassíde sed vírtus, sibí quæ datur inclyta merces,
Signatur patula. Dant bubala cornua víres,
Multa quibus servant placídam p tempora Pacē.
Salve sancta quies, quatuor salvete RVLANDI,
Límitis & vestrí memores, dum concutít omnem
Teutoniæ Martis furor orbem, pergite vobis
Commíssos populos commíssaq; rura tueri
Pace & Iustítia; nec quondam parva manebít
Gratia vos cœlo; meritis Deus omnibus æquus.
Quòd si díra fremat fluctu superante procella
Turbatura píam Pacem; síq; acrius ínstet
Hostis acerba manus, placídam eversura quietē;
Robore concordi, símul & concordibus armis,
Bubala quod monstrant ín cassíde cornua, duros,
Ne, quæ súmma sient, varía vertigine ad ímum,
Ac íma ad súmmum stolidí díscordía vulgi
Detrudat, patríæ pro pace subíte labores,
Custodes populí vígilesq;, patresq; fideles;
Vt vobis tandem facílis se gloria pandat,
Emeritumq; decus, munusq; ínsigne corollæ
Solvat, & haud unquā períturos fundat honores.

FINIS.

Eiusdem Scroteri in Nobilium Fratrum Rulandorum Symbola.

PARAPHRASIS &c.

NOBILIS ET MAGNIFICI VIRI, HILARII RVLANDI in Pŭdnsdorph, &c. I. V. Doctoris, Superioris Septemviralis Palatinatus Consiliarij, & Præfecti Chamensis, Symbolum.

IN VERBO MENSVRA.

Optima pars hominis, simul & pars pessima lingua est,
Optima multa orbi, pessima multa parans.
IN VERBO MENSVRA siet: nam stulta loquela
Est nimium, cuius pondus inane cadit.
Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit.

NOBILIS ET AMPLISSIMI VIRI, GEBHARDI RVLANDI in Hertzogenaw, Sereniſsimi Principis Palatini Ioannis Caſimiri, &c. Conſiliarij, & Quæſtoris Neagorenſis, ſimul & Præfecti Wolffſtainij, Symbolum.

VIRTVTE ET SAPIENTIA.

Si legum inventrix, ſi Dux vitæ atq; magiſtra
Sit Sophia, ut fandi Tullius autor ait,
Omnia VIRTVTE & SAPIENTIA agenda memẽto,
Qui ceptum ex voto vis tibi cedat opus.
Cum Patrios Phaëton ſine vi ſine numine currus
Vult regere, in liquidas præcipitatur aquas.

NOBILIS ET AM
PLISSIMI VIRI, OSVVALDI RVLANDI in Schönaw, &c. Symbolum.

LENTO PEDE.

Nec citò, nec temerè, LENTO PEDE, res age; nunq̃
Sic improvisis decipiêre malis:
Omne nocet præceps: Romæ qui restituit rem
Cunctando æternum in secula nomen habet.

NOBILIS ET AMPLISSIMI VIRI, ERASMI RVLANDI in Tronhofen, &c. Monasterij â beata porta denominati Præsidis dignissimi &c. Symbolum.

FACIEM TVAM DOMINE REQVIRAM.

Cum simus densis obnoxia turba tenebris,
Ni vultu illustres nos pie Christe tuo,
Ipse TVAM FACIEM DOMINE alta mente REQVIRAM,
Hæc mihi fac tutum per iuga monstret iter.
Saulus ut agnoscit, quem primò infestat, Iësum,
A tenebris oculos vindicat ipse suos.

LIBER DE SEIPSO.

CHARTA mihi titulum tribuit LVSORIA; lusu:
Et chartæ in pretio munera vulgus habet.
Sed nec ego laudes moror aut convicia vulgi;
Sit mihi sat claris posse placere viris.
Hos rogo, ut à rerum quondam graviore vacantes
Cura, si chartis ludere forte velint,
Colludant nostris: sine rixis, vulnere, morte
Ludenti quoniam lucra benigna dabunt.

Triptolemus veluti mundi olim ſparſit in uſus,
Fœcunda frugum ſemina dia manu:
Arte typographica ſic ſecla futura ſecundat,
Cuius in hac tabula ſigna decora nitent.

Gleich wie der Triptolemus hat/
Mit Waitzen/ Korn/ vnd aller Sat/
Erſtlich beſähet die gantze Welt/
Dauon ſie ſich noch jetzt erhelt.
Alſo ſtrewt mit kunſtreicher hand/
Vil edler Künſt durch alle Land/
Sigmundt Feyrabend weit gepreißt/
Welchs Wappen diſe Tafel weiſt.

Vestra quod, ô Superi, nunc̃ꝫ peritura p̃ orbem
Fama volat, nostri est munus id auspicij.
Prẽmia quin dabitis nostro bene digna labore,
Divitias Iuno, Bacche benigne MERVM?

Daß ewr Nam weit vnd breit ohn zahl
Erkennt/ gelobt wirdt vberall/
Habt jr/ jr Götter allgemein/
Zu dancken vnsrer Kunst allein.
Warumb wolt jhr dann vns nicht geben
Groß Gut/ vnd Edlen Safft von Reben?



Sum tua, vicisti, vitæ ō mihi dulce levamen,
Sit tibi cura mei, Sit mihi cura tui.
O suave imperium, vel nectare dulcius, unum
In geminis ubi cor, mens, amor & studium.

Du hast gewonnen edler Hort/
Ich will nun dein sein hie vnd dort.
Da lebet Gott/ wo Mann vnd Weib
Zwen menschen sein/ ein Seel/ ein Leib.

Quos priſci quondam longo ſcripſêre labore,
Dant ære impreſſos ſecula noſtra libros.
Et dubitabis adhuc mirari Teutonis artes?
Sed velut ars creſcit, creſcit ita heu odium.

Was man vor Jaren ſchreiben muſt
Mit arbeit groß/ nach allem luſt/
Die Edle Kunſt der Druckerey/
Jetzund an Tag thut geben frey.
Aber wer thut in ehren halten/
Der Teutſchen Künſte manigfalten/
Denn wie die Kunſt wechßt/ alſo auch
Wechßt jhr Schabab nach altem brauch.



Divitijs inhient, quos urget avara cupido,
Me tener æternùm molliter urat amor.
Tybia blanda ſonet, poſcantq; ſonora choreas
Tympana, virgo veni, tu meus ignis eris.

Ein ander tracht nach Gelt vnd Gut/
Die Liebe allein mich zwingen thut.
Pfeiff auff Spielman/ Jungfrewlein ſie
Solt allein ſein mein frewd vnd zier.

C



Vtruit in Venerem præceps genus omne fera-
Naturæ ductum quæq; secuta suæ. (rum,
Sic quoq;, cũ vicijs submergit adultera lumbos,
Ex quovis quasuis flumine potat aquas.

Gleich wie ein vnuernünfftig Thier/
Seins Bulen schönheit oder zier
Gar nicht thut achten/ sondern sich/
Eim jedem macht vnterthänig.
Also auch ein ehbrechrisch Weib/
Jhren geraden stoltzen leib/
Wie dise Figur zeyget an/
Offt eim Narren macht vnterthan.

Nulla uxore mala res eſt deterior, auſu
Quæ ſuperat peſtem, & nigra aconita, ſuo.
Deſine, fuſte malum qui pellere niteris, uno
Pulſo, bis quinis panditur hoſpitium.

Nichts ergers kan auff diſer Erdn/
Dann ein böß Weib erfunden werdn/
Welch alle gifft/ wie herb die ſind/
Mit jrer boßheit vberwind.
Laß ab/ der du mit Prügeln ſtarck/
Außtreiben wilſt all boßheit argk/
Schlegſt du gleich einen Teuffel drauß/
Beſitzen zehen daſſelbe Hauß.

Dum ſibi nõ licito fur nummos comparat auſu,
Proditur in medio, numine dante, foro.
Qui vicijs animum laxas, mortalia fallens
Pectora, tene putas fallere poſſe Deum?

Da diſer mit ſein Diebes hendn/
Eim andern will das ſein entwendn/
Wird er von eim frommen/ hab acht/
Auff offnem Marck zu ſchanden gmacht.
Der du in ſunden groß vnd klein/
Zubringen thuſt das leben dein/
Wenn du gleich hie die Welt bethörſt/
Meinſt daß du auch Gott betriegn werſt?

Et qa sors nobis tribuit spolia inclyta ab auro,
Parte dicata tibi, parte dicata mihi.
Alea nos doceat, cui cedant omnia, quid si
Perdidero: veniunt ut bona, sic pereunt.

Weil vns das glück ein Beute reich
Bescheret hat/ so wir fein gleich
Solln mit einander theilen/ zwar
Wer diß mein meynung gantz vnd gar/
Wir spielten mit zwey Würffeln drein/
Wer es solt haben gar allein.
Wenn ichs verspiel/ was leyt daran?
Leicht vberkommen/ leicht verthan.

Clara quòd acta Ducũ prælis diffundo p orbem,
Hunc habitum nobis dextera commeruit.
Euge, quibus labor est transmittere nomina in
Fulvũ aurũ, gẽmas, & mihi ferte rosas. (æuũ,

Durch mein Kunst der Buchdruckerey/
Welch an das liecht thut geben frey/
Herrlich Geschicht/ vnd löblich Thatn/
Mechtiger Fürsten vnd Prælatn/
Hab ich erworben diß gewandt.
Wer nun durch mich will sein bekant/
Fleiß sich der Tugent/mir auch bring
Gold/ Silber/ Perlein/köstlich ding.



Arte typographica multis iam clarus ab annis,
Martem arti, placidæ iunxímus arma togæ.
Effugiat mortem timidus, mea ſtrenua virtus
Pro patriaq; pati, pro patriaq; mori.

Buchdrucker Kunſt/ vnd Kriegs gefahr/
Die ich geübet lange Jar/
Jetzt Kunſt/ jetzt Krieg/ jetzt beyd zuſam
Han mir gemacht ein ewign Nam/
Verzagte hertzen mügen ſich
Förchten für dem Tod grimmiglich/
Mein frewd iſts/ von deß Feindes hand
Leidn/ ſterben für mein Vatterland.

Rara typis quoniam noſtro ſunt præmia ſeclo,
Pro patrijs ſector bella cruenta focis.
Quiſquis es, ut patrię proſis, tam pacis ad artes,
Fortia quàm Martis promptus ad arma ſies.

Weil jetzt nichts gilt der Drückerey
Löbliche Kunſt/ hab ich mich frey
Mit waffen vnd gewehrter hand
Zu ſtreitten für mein Vatterland
Beſtellen lan. Wer da will ſchlecht
Seim Vatterlande dienen recht/
Muß ſein zu frid vnd einigkeit/
Zu Krieg/ zu ſtürm/ vnd ſtreit bereyt.

Non geris indignè sceptrũ, diademaq́, magnis
Quod tibi p̃ meritis Phœbus Apollo dedit:
Quæ canit hic, spargis passim: sic vivis honore
Phœbeio, Phœbus vivit at arte tua.

Nicht vnbillich hat Phœbus dich/
Gekrönt zum König mechtiglich/
Weil du sein Gsang durch alle Land
Außbreitst mit deiner rechten hand/
Lebt also Phœbus durch dein Kunst/
Vnd du durch Phœbi ehr vnd gunst.

E



Iura Deûm atq; hominũ, Sophię monumẽta, vi-
Vivendi, chartis rite retexo meis. (amq;
Et mea adhuc dubitas mirari munera? q̃d Sol
Mundo, hoc clarorum ſcripta diſerta virûm,

Gottes Gebot/ auch Menſchen Lehr/
Weißheit/ gut Künſt/ vnd anders mehr/
So dienlich iſt zu diſem leben/
Ich öffentlich ans Liecht thu geben/
Vnd niemand thut verwundern ſich
Meiner Wolthaten treffenlich?
Gleich wie der Welt nutzt Sonnen ſchein/
So thun geſerte Bücher fein.

Dum compingendis libris Phœbeiã iuto
Caſtra, ſacri meritò pars Heliconis ero.
Parvula faſtidire cauet nam gratia magna
Exiguis rebus ſæpe ſubeſſe ſolet.

Weil ich auch dien den Künſten frey
Mit Bücher binden mancherley/
Hoff ich man werd mich ſchätzen gleich
Ein Gliedlein in deß Phœbi Reich/
Hüt dich/ veracht nicht ſchlechtes ding/
Schaw vor was es für nutzung bring.

Quanta cuculligero pietas lupo, amorq; fidelis,
Anseris in sobolem sit, tabula ista docet.
Dij tibi flammam animi firmēt, Lupe, relligionis
Ni titulo, simulans mella, venena paras.

Wie trewlich es der Wolff thut meinen
Mit disen Gänsen groß vnd kleinen/
Dasselb leichtlich ein jederman/
Auß diser Figur mercken kan/
Ich wünsch dir zwar zu solchen dingen
Glück/ lieber Wolff/ Hör aber singen/
Daß du vnter der Gottsforcht schein/
Verführst die armen Gänselein.

Sicne animi dubius per noctes plurimã volvens,
Perq; dies, mentem dividis usq; tuam,
Dum trino unitum rimaris nomine Numen:
Cede: hominum mens hîc nil operosa valet.

Damit du mügst außgründen frey
Was Gotts anfang/ thun/ weſen ſey/
Mit vilen grillen/ ſorg vnd klag/
Plagſt du dein hertz beyd nacht vnd tag/
Laß ab/ hie iſt dein witz vnd kunſt/
Hie iſt all dein vernunfft vmb ſunſt.



Sobrius egregio qui terruit ore Leones,
Ebrius en fœda est fabula Simiolis.
Noxia devites infamis pocula Bacchi,
Si vis honorati nomen habere viri.

Schaw lieber wie der Affen drey
Deß vollen Zapffen spotten frey/
Der doch nüchtern den Löwen grimm
Ein schrecken war. Mich recht vernim/
Wo du wilst sein ein erbar Mann/
Der Trunckenheit must müssig gahn.

Tene etiam, Iuvenis, dederas qui nomina Muſis,
Blanda Venus captum ſub ſua iuga trahit:
Quàm nihil adverſo eſt meditari maxima cœlo:
Quàm fallunt noſtras libera fata manus.

Vnd dich hat auch/ Jüngling mit macht
Venus vnter jhr Joch gebzacht/
Der du dein Namen erſt/ merck eben/
Den Edlen Muſis hetteſt geben?
Ach Gott wie ſein ſo gar vmb ſunſt
Menſchlich fürhaben/ ſinn vnd Kunſt/
Wo du nicht mit dem Geiſte dein
Vnſer hertzen regiereſt fein.

Musica de Musis dicor, quòd amabilis arte,
Si quid habent homines ponderis, omne fero.
Qui nostro haud levat interdũ moderamine men-
Semper in invisa cogitur ire via. (tem.

Von den neun Edlen Musis gut
Man mich Musicam nennen thut/
Drumb daß ich allen bösen wahn
Vons Menschen hertzen nemen kan.
Fürwar ich sag ohn allen schertz
Wo du zu zeyten nicht dein hertz
Mit meim gesang erleuchten thust/
Allzeit im finstern wandern must.

Quin neq; vocalem puer effuge parvule Muſam,
Artibus ut poſsis cultior eſſe bonis.
Qui ſimul hanc aliſs adiunxerit artibus artem,
Præclari potis eſt nomen habere viri.

Auff daß du mögſt auff diſer Erden
Ein Künſtler groß geſchetzet werden/
Solſtu nach der vermanung mein
Die Muſicam auch lernen fein.
Dann wer dieſelb nebn andren kan/
Den halt ich für ein glerten Mann.

Defeſſam ſtudijs recreo dum carmine mentem,
Spernitur à ſtolido Muſica noſtra viro.
Muſarum quiſquis blandas contempſerit artes,
Turpis ut eſt, ſic & nil rationis habet.

Weil ich mein hertz/ welchs ohne zill
Von arbeit mat/ ergetzen will
Mit meim Geſang/ werd ich/ hab acht
Zu ruck von eim Narren verlacht.
Wer da verſpott der Muſic gſang/
Der bleibt ein Narr ſein lebenlang.

Stertis adhuc? gelidas, puer, ecce Aurora remouit
Vmbras; & fugient tot sine fruge dies?
Surge age: multa tulit, quem fert sup æthera famę
Gloria, & æterno laudis honore canit.

Die Morgenröt leſt ſich ſchon ſehen/
Schläffſt noch Jungling? thu bald auffſtehen.
Vil müſſen leyden diſe Knaben/
Die da wöllen ewig Namen haben.

Ecce cuculligeros, quibus ignorantia claros
Attribuit titulos, Euganis arua colunt:
Huc iter instituam longum (nam me quoq; doctū
Vult pater) in cœtu hoc mox ego primus ero.

Mein Vatter sehe auch mechtig gern
Daß ich köndt der Schrifft Doctor wern.
Zu Padua in Italien weit/
Hats Brüder der vnwissenheit/
Da will ich hin/ hoff mit vernunfft
Der erst zu sein in diser Zunfft.

Ocia dum fallunt alios, cōvivia, ludi,
Docta iuvant veterum me monumenta virum:
O bene: thesaurus siquidem doctrina perennis;
Efficit illa homines, efficit illa Deos.

Weil mein Gesellen fressn vnd sauffn/
Spielen/ auff Jagte reitten vnd lauffn/
Bücher/ frey Künst/ Historien fein/
Laß ich mein gröste kurtzweil sein.
Nicht vnbillich/ weil lehre gut
Götter vnd Menschen machen thut.

H



Ferro alij & bellis; mea pace & iure guberno
Regna, mihi nullos hoste ferente metus:
Felix imperium seros Rex gestet in annos,
Quem ius, quem pietas, pax & amica iuvat.

Wenn andre König/ Fürstn vnd Herrn
Ihr Land mit krieg vnd steur beschwern/
Ist meine sorg/ wie ich ohn krieg/
Fridlich mein Volck regieren müg.
Ein König/ den nach einigkeit/
Nach Gottsforcht vnd Gerechtigkeit
Dürst/ wird im frid ohn ein gefahr
Sein Reich beschirmen lange Jar.

Multum artis vitrum iactat: nec me sine docta,
Aurifabri facilis conficit arte manus.
Sint artes fragili: mihi sint meo commoda lucro:
Quin mea post fatum membra soluta valent.

Seinr Kunst vnd arbeit rhümet sich
Das Glaß: so thut auch machen mich/
Nicht ohn arbeit deß Goldtschmids handt.
Durch kunst in aller Welt bekandt/
Hab dir dein Kunst mein Gleselein/
So hab ich mir die nutzung mein/
Bricht man mich schon/ frew ich mich doch/
Daß man mein drümmer brauchet noch.



Vt quondam Amphion fera traxit carmine saxa,
Grata mouens homini gaudia, grata Deo:
Haud aliter facimus. Tu viuas mœstus in æuum,
Munera qui spernis nostra, Melancholice.

Vnd gleich wie mit der Leyren sein/
Amphion gut die harten Stein/
Bewegen thet/ vnd zu jhm zog/
Erfrewet auch die Götter hoch:
Also thun wir mit vnserm Gsang:
Bleib du trawrig dein lebenlang/
Der du vnser Kunst je vndst/
Verachtest Melancolice.

Dum te ſuſpiro, dum te deſidero ſolum,
Tecum dulce putans viuere, dulce mori,
Spemq; metumq; inter miſerã me deſeris: heu quã
Quod iuvat in terris, vel breve, vel nihil eſt.

Weil ich allein dich lieben thũ/
Nach dir mich ſehne ſpat vnd frũ/
Mit dir gern freundlich leben wolt/
Mit dir auch ſterben/ wenn ich ſolt/
In hoffnung vnd forcht leſt du mich/
Mit klag vnd weynen hinder dich:
Ach Gott wie kurtz/ wie nichte eben/
Iſt Menſchlich frewd in diſem leben.

Dum lasciua procum Phyllis sermone fatigat,
Fercula quæ portat, dat malè cauta cani:
Sic nos, dum turpi venamur gaudia luxu,
Flebile post tergum deuorat exitium.

Gleich wie diß Hündlein vnversehn/
Weil lieb vnd lieb bey einander stehn/
Vnd kurtzweil suchen vnerlaubt/
Die Köchin jhrer Speyß beraubt:
So thut auch vns/weil wir/merckt ebn/
Vnser Datum vnd gantzes lebn
Auff wollust setzen/hinderrück
Plötzlich verzern das vnglück.

Gloria nonnullos, laudumq; immensa cupidos
Nonnullos prædæ spes fera ad arma vocat.
Vtraq; certandi mihi causa iniusta videtur.
Quæ pacem quærunt prælia sola probo.

Pracht/ Hoffart/ Rhum vnd Herrligkeit/
Bewegt etlich zu Krieg vnd Streyt/
Etlich treibt Geitz vnd Geldts begier/
Daß sie zun Waffen greiffen schier.
Diß alls ich schilt/ vnd lob mit schall
Den Krieg/ der frid sucht vberall.

Otia ut effugiam, cæcosq; cupidinis arcus,
Venando varias me iuvat ire vias.
Gloria consequitur duros æterna labores:
Otia securæ mentis honore carent.

Auff daß ich flieh den Müssiggang/
Auch Veneris pfeyl/ strick vnd strang/
Ziehe ich jetzt in den Wald hinein/
Zu jagen mit den Hunden mein/
Ob ich daselbst durch hetzn vnd stelln/
Meiner arbeit lohn/ ein Wild möcht felln/
Der Müssiggang ist gar veracht/
Emsig sein ewig namen macht.

Et noſtras inter graſſatur flamma medullas,
Et totum aſsiduo corpus ab igne flagrat.
Quod medias inter flammas interq; labores
Seruor, id auſpicijs debeo, Bacche, tuis.

In meinem dienſt ich groß vnruhe/
Groß plag vom fewr erleyden thue/
Daß ich nicht mieten in der hitz/
Darinn ich täglich praat vnd ſchwitz/
Gäntzlich verlier all ſterck vnd krafft/
Danck ich dir edler Rebenſafft.

Pocula lætitiam mortalibus addere norunt,
Cum biberit, tristis desinet esse, Cato.
Qui Bacchi exosus bona, pocula respuit, hic nil
Germanæ in toto corpore mentis habet.

Der Wein ergetzt des Menschen hertz/
Erweckt darinn/frewd schimpff vnd schertz
Wer nicht mag Sauffen jeder frist/
Derselb kein rechter Teutscher ist.

Hoſtem etiã vt redimat Grus dira â morte voracẽ,
Nil metuens, roſtro faucibus oſſa rapit.
Ille equidem vera fulget Pietate, periclo
Qui proprio alterius damna leuare ſtudet.

Damit der Krânich mûg auß nôtten/
Sein Feind auß todes pein erretten/
Zeucht er/ ſchaw/ mit dem ſchnabel ſein/
Auß Wolffs rachen ein ſcharpffes bein.
Wer ſeinem Nechſten/ ſag ich ſchlecht/
Auch ſeinem Feindt thut dienen recht/
Vnd alle gfahr hindan thut ſetzn/
Den mag man fûr ein Chriſten ſchetzn.

Interdictus apud Turcos est usus Iãcchi,
Pœnaq; stat pedibus verba fuste dari:
Demamus pœnam, bibere & sit mascula virtus,
Convivæq; sit hæc lex, bibat, aut abeat.

Wer in der Türckey Wein thut trincken/
Den prügelt man das er muß hincken/
Last vns Teutschen nicht sein verbunden/
Dem Gsatz der Türckischen bluthunden.
Bey vns soll sauffen tugent sein/
Manliche tugent/vnd auch ein/
Ernst es gbot/daß der Gast soll sauffen/
Sich rauffen lon/oder entlauffen.

X

Magna petant alij: mea prima & sola voluptas,
Præclaris bello posse placere viris.
Qui se, qui vetitos euincit pectoris ignes,
Militis is meriti nomen habere potest.

Groß Gut vnd Geld acht ich gering/
Nach ehren tracht ich mit beding/
Daß ich durch Krieg mög sein bekandt
Franckreich/ Teutsch/ Welsch vnd Niderlandt.
Wer sich vnd sein gmüt zwingen kan/
Der ist ein rechter Krieges man.

Nullus imaginibus locus eſt in Turcide pictis
Non ars protogenis, nec tua, zeuxi, valet.
Scis quare? quæ ſunt Pictoribus atq; Poëtis
Vita, Salus, Cæſar Bacchica dona vetat.

Kein Kunſt achtet man in Türckey/
Kein Maler noch Poeterey/
Fragſtu warumb? den Rebenſafft/
Der da gibt frewd/ ſinn/ kunſt vnd krafft/
Den Mahlern vnd Poeten gut/
Der Türckiſch hund verbieten thut.

Vina tuis prohibes, Otomanne, sed ipse videris
(Pocla docent) nimio te usq; replere mero.
Est scelus, ut vetitis populo sit dedita flammis
Mens ducis: at libito hũc quis nolet igne frui?

Mich wundert warumb du den Wein
Verbeutst den vnderthanen dein/
Du Bluthund arg türckischer art/
Da du doch dich offt vngespart
Fülleſt mit Wein: Groß ist die schandt/
Das ein Regent in aller hand
Lastern / die er verbeut/thut lebn:
Aber wer wil jhm ordnung geben? L iij

Diuinum vinum donũ est; sed ut ebrius Aethnam
Impleat ardentem, vina venena facit.
Qui sapis, ingluviem fugias: nam pocula pleno
Ieiunoq; simul noxia damna ferunt.

Gotts gab ist Wein/ vnd nutzung vil
Dem Menschen bringt ohn maß vnd zil:
Ein voller Zapff Gotts Gaben güt
Den Wein in gifft verkehren thut.
Wilstu für klug gehalten sein/
Fleuch Füllerey/ vnd trinck den Wein
Messiglich/ Dann die trunckenheit
Vollen vnd lehren schaden geit.

Et ne festa dies cadat absq; labore colonis,
In saltus, Bromio turba dicata, ruunt.
Stulta cohors, vanis quin membra gravare choreis
Desinis? At leve fit, quod bene fertur, onus.

Damit der Baur den Sabbath tag
Fridlich mit nicht verzehren mag/
Richt er jhm selbst/ nicht ohn vnrhu/
Mit tantzn vnd springn ein arbeit zu.
Was nutzt dein gumpen/ lieber Baur/
Welchs du dir machst so schwer vnd saur/
Wie ich wol sih? Aber man spricht:
Was man gern thut/ beschwert ein nicht.

M

Dormit herus, potat coniunx, canis impiger escæ
Reliquias avido vendicat ore sibi:
Et miraris adhuc bona maxima dissipari
Interdum: ut Dominus, sic etiam famuli.

Weil Herr vnd Fraw sein voll vnd blind
Vom Wein: Schaw jr best Haußgesind
Der Hund/ so auch sein theil wil han/
Des braten Huns sich masset an.
Derwegen sich nur niemand wunder/
Daß groß Reichthumb offt gehet vnder:
Was jhm der Herr schetzt sein gerecht/
Dem will auch folgen nach der Knecht.



Vicp, dolocp ſui ſceptrum dum coniugis ambit
Fœmina, nequiciæ præmia, cerne, capit.
Ni verbis, herbis regimen ſervato, maritus
Quiſquis es; amiſſo hoc poſtea ſervus eris.

Wie zwägt man diſem Weib ſo recht
Mit Prügellaugen/weil ſie ſchlecht
Der Herrſchafft ſich anmaſſen thut
Mit gwalt vnd liſt. Hab wol in hut
Diſe Figur ein jederman/
Der ſein Weib ſonſt nicht meiſtern kan:
Bringt ſie jhn eins vom Regiment/
Muß er Knecht ſein biß an ſein ende.

Talis apud veteres fœdo reverentia Baccho,
Cum sua vitisator dona ferebat, erat.
Ite Dij procul hinc vani: quid fallitis orbem?
Nos dabimus vero munera nostra Deo.

Also pflag in der Heydenschafft
Mit Trauben gut vnd Rebensaffe
Der Weinhecker vor frewden mild
Zuuerehren deß Bachi Bild.
Weicht weit von vns jr Götzenknecht/
Die jr die Welt verführet schlecht/
Ewr Meß ist auß/ weil wir jetzund
Ehrn einen Gott mit hertz vnd mund.

Et quia sors varios in vita perficit actus;
Sorte volunt iuvenes ludere, sorte senes.
Illo è more tibi vitra hæc sic defero, perdens
Vt bibat, & damni lucra benigna ferat.

Weil durchs glück auff diser Erdn
Vil wunder ding verrichtet werdn/
Ein jederman gern wissen wolt
Was er von seim glück halten solt.
Auff dise weiß schlag ich dir do
Ein schantz/ sechs Glaß vol Wein/ also/
Daß wer verleurt außtrinck den Wein/
Vnd seinen schaden bring herein.



Fingis amicitiam, Felis, luſuſq́, iocoſq́,
Faucibus affectans fercula noſtra tuis:
Fruſtra aſſentaris, Cate, nobis: i pete Regum,
I pete magnorum tecta ſuperba Ducum.

Auff daß du mögſt den Praten mein
Zerreiſſen mit den zeenen dein/
Freundlich du dich zu mir geſellſt/
Mein Kätzelein: Fürwar du ſtellſt
Die Fuchsſchwäntz dein vergeblich an
Bey eim Narren: Pack dich hindan/
Groſſen Herrn ſeind Fuchsſchwäntzer lieb/
Stehlen doch mehr als ander Dieb.



Optima res modus est: Cupido mera grata labello
Si capis; his etiam norma modusq; siet.
Quid vino melius? tamẽ hoc absq; ordine sumptũ
In pecudes homines degenerare facit.

Maß ist allzeit das beste zill/
Derwegen auch wer trincken will
Halt rechte maß vnd ordnung:
Dann ob wol vil edler nutzung
Bringt der Wein / dennoch wo man
Denselben nicht gebrauchen kan
Rechtmessig / er die Menschen gut
In wilde Thier verwandlen thut.

Cernís ut hoc ímum ſeſe exſuperantía vítra
Octo beet fructu, ſorte favente, ſuo:
Sic humílem decet Agrícolam nutrire labore
Aſsíduo populos, oppída, regna, duces.

Hie ſichſtu wie diß vnterſt Glaß
Die andern acht/ ſo höher baß
Geſetzt/ mit ſeinen Gaben gut
Ohn all beſchwer erfüllen thut.
Alſo ſoll auch der Bawersman
Mit ſeiner hand ohn vnterlan
Arbeitn/ daß er ohn vngefüg
All ander Stend ernehren můg.

Nil virtute opus est, Iuvenes, huc este, superbos
Qui cupitis titulos amplificare patrum:
In nostra si quis fortem se gesserit aula,
Hic primam laudem Nobilitatis habet.

Was nutzt euch Tugnd jr jungen Gsellen/
Die jr nach Eher vnd rhum thut stellen?
Hieher: Wer weidlich sauffen kan/
Den schetzt die Welt ein Edelman.

O



Et tua caſtra ſequor multos iam Bacche per annos,
Quæ tandem famulo dona parata tuo?
Pauperiẽ, innumeros morbos, mortemq; perennẽ,
Strenuus hæc noſter præmia miles habet.

Dir hab ich Edler Bache nun
Vil Jar gedient/ Was iſt mein lohn?
Armut/ Kranckheit/ vnd Todes pein/
Geb ich den trewen Dienern mein.

Horrida bella alius, Mavortiaq; arma sequatur;
Mitis ego Bacchi mitia castra colo;
Dum modo non desint mihi lautæ fercula mensæ,
Aridaq; innocuum, quod riget ora, merum.

Krieg/ waffen/ wehren/ sturm vnd streit/
Hab ich geflohen jederzeit/
Vnd deß Bachi fridlichem Hof
Trewlich gefolgt mit grossem loff/
Weil er mir nur täglich verschafft
Gut Schnabelweid vnd Rebensafft/
Das ist mein frewd/ mein trost/ mein krafft.



Sceptrígeri reges, regna, oppida, clerus, & omnis
Nobilitas Bacchi ſceptra ſuperba colunt;
Et miraris adhuc caput hoc diademate cinctum?
Cuî primi parent, huîc quoq; primus honos.

Bapſt/ Keyſer/ König/ Fürſtn vnd Herren/
Mich Bachum loben/ preißn vnd ehren:
Vnd du thuſt noch verwundern dich/
Das ich bin geziert Königlich?
Billich tregt der von Gold ein Cron/
Den groſſe Häupter ehren thon.

DVAS SEQVENTES TABELLAS ADDIDI-
mus, ne vacarent chartæ.

Dic mihi an hi duo sint: duo sunt, pluresq; duob⁹,
Si cernis; duo, tres, sunt tamen unus homo.

Corporibus duo; corde unus; quãdo addis amorẽ,
Tres fient: sic sunt tres, duo, & unus homo.
Coniugium faciunt duo: sed si tertius illis
Iungitur, ipsorum labe carebit amor.



Hydra venenoſo læthalia vulnera morſu,
Quæq; facit, ſolo noxia dente facit.
Fœmina voce ſuos deperdit adultera amantes,
Vulnerat aſpectu luminibusq; necat.

Tantò igitur peior ſerpente eſt fœmina, quantõ
Diro oculus morſu longius ire poteſt.
Quiſquis es, hanc fugias, devites, hortor, & illam,
Vtraq; plena malæ fraudis amata nocet.

Eiusdem Scroteri Carmen,
IN LAVDEM IODOCI AMMANNI,
huius Chartæ inventoris,
ad
CANDIDVM LECTOREM.

MOllia longinqui iactent sua vellera Seres;
Hesperidum sua mala nemus; sua thura Sabæi;
Aethiopes celebrent sua Cinnama; Persidis ora
Divitibus gemmis, fulvoq; superbiat auro.
Dotibus ingenij felix, memorabilis arte,
Artificumq; manu, ac monumentis clara venustis
Vrbs pars Germani nequaquam ingloria regni
Noricaberga ingens, multa quam flavus arena
Et facili mediam Pegnesus flumine scindit,
Tantùm omnes superat, quantùm Iovis inclytus ales
Omne avium genus, aut quantùm mens vivida corpus
Mortale, & quantùm Crœsi bona splendida Virtus:
Namq; ut Agænorei cum surgunt cornua Tauri
Vere novo Sylvæ, frondes, ager omnis, & arva
Luxuriant, ridentq; novi per gramina flores;
Sic Vrbs Noricidum doctæ studiosa Minervæ,
Palladijsq; bonis, quibus usq; addicta, perenne
Quamvis jamdudum meruit per secula nomen,
Nunc tamen arte sacra magis aucta, magisq; secundo
Artificum studio, sic undiq; floret, ut ipsi
Obijciant frustra invisas fera fata tenebras.
Vsq; adeo formis sibi rerum & acumine totam
Obligat Europam, populos trahit, excitat omnes,
Vt demirari artifices, & honesta feracis
Ingenij monumenta velint, adamare labores.
Sed tuus inprimis, quo se Respublica Cive
Noricidum jactat, IODOCE AMMANNE, per omnem
Teutoniam splendescit honos, splendescit acumen
Ingenij, & cultæ laudata industria dextræ.

Dædala monstrauit tibi se natura, secundo
Ingenio lætata tuo, tibi semper apertas
Ostendit pictura fores, tibi porrigit omnes
Diuitias, penorisq; sui penetralia pandit.
Scilicet egregio quantùm Romana Poësis
Virgilio, & Graiæ Smyrnæo carmine Musæ;
Tantùm equidem illustris verè illustrata labore
Est pictura tuo: Tu splendida frontibus ora,
Tu pectus nitidum, tu brachia vivida membra
Fingis; & vmbrati fallunt mortalia vultus
Lumina; posse loqui credas, solemq; videre;
Nec tabulis hærere pedes, sed vera putantur
Figere, & alterno vestigia linquere gressu:
Tam pulcros animi motus ostendit imago
Arte, AMMANNE, tua, vt vivis æquare carentes
Vita, & mortales valeat deludere sensus.
Quid te prisca iuuat, quamuis laudabilis, ætas,
Artifices memorare tuos? Quid signa Myronis
Lysippiq; vides? Quid te suspendit Apellis
Gratia? Protogenis tabulas, & zeusidis vuas,
Parrhasij quid cernis aves? melioribus astris
Vtimur; ingenijs modo sint sua præmia, priscos
Posteritas euincet avos; Polycletica virtus,
Marmora praxitelis, statuæq; Euphranoris, æuo
Omnia sordebunt nostro, priscumq; IODOCI
Artibus AMMANNI perdent collata decorem.
Vnus hic æthereo deponere Numina cœlo,
Vnus hic inferno stygium reuocare colubrum,
Et monstrare oculis, dictu mirabile, nostris,
Quod natura nequit, potis est. Mortalibus ergo
Sensibus exponas superos, cœloq; sereno
Deducens nobis, AMMANNE, ostende Tonantem;
Phidiacumq; Iouem confictaq; numina vero
Vince Deo. Quod si meritis tua præmia Virtus
Non habet æqua, nihil pendas; mortalia Virtus
Vera supergrediens sua præmia quærit in astris.

At vos, quorum animos clarorum industria tangit
Artificum, quibus aut picturæ incumbere mens est
Vnica, Noricidi certa hæc Theôremata Apellis,
HEVSLERI prælo totum vulgata per orbem,
Consulite AMMANNI, qui quo se grammata ductu
Producant, qua mensura, quove ordine, tum qua
Lege Geometricis stent omnia corpora formis,
Ante oculos ponit, normamq; sequentibus infert,
Quam meritò cuncti, quibus haud aduersa resistunt
Numina, mirari debent, & laude perenni
Tollere, ceu qua nil quicquam præclarius alto
Ingenio fieri, aut traduci in lumina possit.
Vos quoq;, qui chartæ ludis læto omine honestis
Defessas studio mentes, defessa labore
Pectora, & ingenium, quod longa negotia frangunt,
Instaurare iterum cupitis (gratissima namq;
Alma quies secum portat medicamina fessis,
Attonitasq; animi reparant licita ocia vires)
Huc este, hic vobis rapido divertere ab æstu
Curarum; hîc oculis, hîc pectore ludere fas sit.
Maximus interpres legum lusisse lapillis
Scævola narratur, curasq; fugasse Fritillo.
Scipio Littoreas & Lælius anxius oras,
Et Caietani tractum maris vrbe relicta
Sæpe peragrabant, ubi circum littora conchas
Fluctibus iectas manibus legisse feruntur.

FINIS.

NORIBERGÆ,
Excudebat Leonhardus Heuslerus.

BIBLIOTHEK LAIBACH